Turrecremata, Johannes de: Quaestiones Evangeliorum de tempore et de sanctis. Add: Nicolaus de Byard: [Dictionarius pauperum] Flos theologiae sive Summa de abstinentia

[Reutlingen: Michael Greyff, not before 1480] Seite 250



milites. qui solo timore cadunt ⁊ fugiūt de ꝑlio. Seneca. Plura nos terrent
q̄ ꝑmatum. ⁊ plus opinione q̄ re laboramus. Itē similes sunt vxori infideli q̄
ꝑegrinante marito ⁊ morā faciente adheret alteri. Judic. xiiij. Dalila vxor
Samsonis accepit alium virū. Sic aīa misera cōmittit spūale adulterium
mergens se carnis illecebris sponso suo christo derelicto. Hiere. iij. Quō si cō
temnat mulier amatorē suū. sic contempsit me dom⁹ israel. Sed dr̄ Prouer.
vj. q̄ zelus ⁊ furor viri non parcet in die vindicte. nec acquiescet cuiusq̄ ꝑcib⁹
ꝛc̄. Item mortis eternitas cuius cōparatione mors tꝑalis dulcis est. ps̄. Mors
depascet eos. sic̄ bestiā herba ⁊ n̄ ꝯsumet. Hi ꝯꝑant̄ porco in volutabro luti ij.
Petri. ij. Sus in volutabro luti. Hiere. ij. Q̄ vilis facta es nimis iterās vi
as tuas. Itē pctm̄ deū expellit ab hoīe. q2 ponit imundiciā in hospitio cordis
ne christ⁹ ingrediat̄. mūdi ei sunt oculi eius ⁊ ad iniq̄tatē respicere n̄ poterūt.
Ideo pōt comparari taxo qui egredit̄ de fossa quā cauauit magno labore. sup
ueniēt enī vulpis ⁊ stercorizat ante fossam vel in fossa. ⁊ cū taxus redit non cu
rat amplius habitare ibi sed relinquit eam ꝓpter immundiciā. ⁊ sic lucra
ta est eam vulpis. Sic cor hūanum durū christus cauauit ꝑ passionem suam
vt habitaret ꝑ gratiam. sed recedit ab eo ꝓpter imundiciā peccati. quā ibi
diabolus stercorizat ꝑ malā cogitationē. ⁊ delectationē quā suggerit. Sap.
j. Corripiet̄ a superueniente iniq̄tate. glo. expellet̄. Item multiplex damnum.
scʒ ꝑditio grē cū qua oīa bona ꝑdunt̄. Ezech. xviij. Si auerterit se iustus a
iustitia sua ⁊ fecerit iniquitatem oīs iustitie quas fecit non recordabuntur
Ecclesiastes. ix. Qui in vno peccauerit multa bona ꝑdet. Exemplū de filio ꝓ
digo Luce. xv. Item tꝑis ꝑditio. Greg. Omne tempus tibi impensum req̄
rit̄ a te quō sit expensum. Threñ. j. Uocabis aduersum me tempus. Itē cor
pus dn̄i cui cū tanto labore hospitiū parat̄ ⁊ post peccatū turpiter expellitur
Turpius enī eijcit̄ q̄ non admittit̄ hospes. Multum tristaret̄ aliquis qui ex
pelleret eum de hospitio suo. de domo sua ipse eū expellet. Unde Math. xxv.
Hospes fui ⁊ non ꝛc̄. Ite ergo maledicti in ignē eternū. Uersus. Morbus.
mors. sumptus. peccatum. gratia. tempus. Et corpus domini. sine fine caue
te relabi.

Ego sum ostiū per me si quis introierit saluabitur
Joh. x. Sicut saluus esse dicit̄ qui iā est in dei gloria. Ita dicit̄ in
via saluationis qui est in gratia dei ꝑ quā solam homo pōt ad eter
nam gloriā ꝑuenire. Sine gratia eī dei hō non est in via saluationis sed ma
gis in via dānationis. Sicut aūt ipsam gloriā ꝑ quā homo est saluus dat so
lus de⁹. Ita ipsam gratiā ꝑ quā hō ē in via saluatōis solus de⁹ ꝯferre pōt. Et
ideo grā dei sicut ⁊ ipse deus nobis erat difficilis ad inueniendū quousq̄ ipse
fecit vnum ostiū per qd̄ ipse exeundo ad nos venit. ⁊ ꝑ qd̄ nos in mundo ad
ipm̄ ⁊ eius grām de facili possumus venire Istud aūt ostiū ē btā Maria. ⁊ h
ē qd̄ ipsa dicit in his verbis. Ego sum ostiū ꝛc̄. Ostiū. scʒ ꝑ qd̄ exiuit ⁊ venit i
mundū. ꝑ me si quis introierit saluabit̄. Ad ipsam ergo recurramus. In
troitus Naturaliter oīs hō qui ē in aliquo ꝑiculo desiderat ipm̄ ꝑiculum

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-179/0250
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG